

GENETHLIA CON

cum

Reverendissimi & Serenissimi Principis
atque Domini

DOMINI MAURITII GVILIELMI

Postulati Administratoris Episcopatus Num-
burgensis, Ducis Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ, Montium,
Angriæ & Westphaliæ, Landgravii Thuringiæ, Mar-
chionis Misniæ & utriusque Lusatiaæ, Principis Hen-
nebergiæ, Comitis de Marca & Ravensberga,
Dynastæ Ravensteinii &c.

NATALIS

D. XI. Kal. Apr. A. C. MDCCVI.


Faustis omnibus & votis celebrandus
redisset,

Devoti & submissi animi indicandi ergo
conscriptum

Martino Christophoro Laurentii, Recst.

NUMBURGI,
LITERIS BOSSOEGELIANIS.

Cor. 13




Rincipis, antiquo Regum desanguine nati,
Carmine natalis jam celebrandus adest.
Fama refert hilaris, resonet quod dulcibus
aula
Plausibus, & fieri vota secunda jubet.
Lætior ipsa dies cœpit decurrere vitam
Quæ Tibi MAURITI, DUX PIE ! prima dedit:
Cuncta igitur rident plaudendo personat æther,
Gutture clangit avis, ruraque ferta dabunt.
Quid verò ? Taceantne Heliconia tecta, nec edant
Lætitiam, festus quam tulit iste dies ?
Calliope tanto suavis Duce suggere digna
Verba, fac in numeros ut bene versus eat:
Atque Caballinis calamum mihi proliue lymphis,
Vota novi vatis, quo meliora fluant.
Non etenim studiis illo magis ullus amicus,
Aut magis insignes diligit arte viros.
Prima juventutis Musis documenta dicavit,
Atque ætate tener multus in arte fuit.
Nunc quoque dum fasces patriæ tenet, atq; secures
Cogitat id, Musas quâ ratione juvet.

Con-

Concitat at multos Mavortius ardor, ut omni H
Tempore, quo vivunt, nil nisi bella velint:
Hisce suo quanquam debetur gloria jure, O Deum
Quod non formident mortis adire domos.
Attamen est pluris studium pietatis habendum,
Quæ viget in Templis, quamque Lycea colunt.
Bella quidem terræ dominos ad fidera tollunt,
Præsertim quando fortiter arma gerunt.
Sæpè tamen numero, quanquam luctantibus illis,
Invida sors cives exagitare potest.
Sic leo Getulus, famoso robore præstans,
Hoste minante necem, prælia nulla timet.
At prohibere nequit, latronum quo minus antrum,
Queis catuli latitant, callida turba petat.
Si Dominis contra pietas, & Palladis artes, Loco
Usque placent, multum commoditatis habent.
Crescit amor justi, proventu floret ubique,
Campus, nec patriam vis decumana quatit.
Armiger ille, Jovis nidum qui rupibus ales, ~~urgid~~
Catilaseis ponit, nulla pericla pavet: ~~dol~~
Nec metuit pullis, multum latrante canum vi,
Ira quod excelsis nulla nocebit iners.
O nos felices! merito gens rustica clamat,
Quod dederint talem fata benigna Ducem:
Civis & urbano vota hæc de pectore fundit:
Sit diuturna quies, sit Tibi multa salus.
Nonne Sacerdotes, sacra queis sunt credita Phoebi,
Id pariter voveant, quod pia turba canit?
Haud

Haud dubie: sed plura decet nos dicere: pauca
Sufficient plebi, quæ rudit esse solet.
O Deus, immensi torques qui fidera coeli,
Qui facis, ut Titan lumine lustret agros:
Fac quoque semper aquis felicior exeat idem
Eois, nec non proferat usque bonum:
Absit ab excelsa, mentes quod territat, aulâ:
Floreat intota pax regione diu.
Corporis & vires valeant, dum Nestoris æques
Conjuge cum Celsa, Dux memorande! dies.
Sit Sobolesdilecta Tibi, per tempora felix
Omnia, non desit, quod placuisse potest.
Pace juventutis Princeps, spes magna parentum,
Lætetur, nec eum læva cupido trahat:
Pace fruatur agris, majorum tempore partis:
Pace diu vigeat, nec quid obesse queat.
Sæpe dies redeat votorum hæc summa meorum
Quæ tulit aspectum lucis amoena Tibi,
Sic gaudebit inops, sic exultabit egenus,
Sic bene florebunt oppida, rura, scholæ.



78 M 496

ULB Halle
001 618 148


3



TA-206

107





GENETHLIA CON

cum

Reverendissimi & Serenissimi Principis
atque Domini

DOMINI MAURITII GVILIELMI

Postulati Administratoris Episcopatus Numburgensis, Ducis Saxoniae, Juliaci, Cliviæ, Montium, Angriæ & Westphaliae, Landgravii Thuringiæ, Marchionis Misniæ & utriusque Lusatiae, Principis Hennebergiæ, Comitis de Marca & Ravensberga,
Dynastæ Ravensteinii &c.

NATALIS

D. XI. Kal. Apr. A. C. MCCCC VI.

Faustis omnibus & votis celebrandus
redisset,

Devoti & submissi animi indicandi ergo
conscriptum

Martino Christophoro Laurentii, Rect.

NUMBURGI,
LITERIS BOSSOEGELIANIS.

